

KOUNICE B.M.V. „Rosa Coeli“

Dolní Kounice, Ruže Nebeska, Ku-, Chu-, Chou-; Cunic, -nicz, -nycz, -nitz, -niz, -nicium, -nice, Chuonic, Conowic. Pronuntia: Koünyittsè.

Germanice: Khunitz, Kanitz, Unterkanitz, Kaunitz.

Inter Krumlov et Rajhrad, ad flumen Jihlava, in districtu Brunensi. Dioc. Olomucensis, nunc Brunensis.

Parthenonum huius circariae quondam celeberrimus. Praepositura, fundata anno 1181 a Wilhelmo comite de Kounice in propitiationem scelerum, quae commiserat. Sub paternitate abbatis Siloensis, primae moniales venerunt ex Lounovice. Praepositi erant infulati. Saeculo XIV maxime floruit asceterium. Anno 1433 ab Hussitis eversum est, et exinde elanguit. Anno 1526 derelictum est et venit in manus laicorum. Anno 1698 aedificia et pars bonorum a comitibus de Dietrichstein donata sunt abbati Strahoviensi, qui in posterum administratorem tantum instituit, nec ecclesiam claustrumque ab incendio anno 1703 deletum reconstruxit, immo omnia anno 1808 iterum alienavit. Hodie Kounice est ruina, et quidem pulcherrima.

Archivalia: Pauca supersunt in Arch. Principum de Liechtenstein, Vaduz. Bibl. Abb. Strahov DL III 21: Kaunicensis parthenonis diplomata usque ad an. 1481, auct. G. DLABACZ 1804 – Ibid. DA III 36: Origo et fata . . . monasterii in Kanitz, auct. O. PRUTZKY 1805.

Bibliographia: BRUNNER 776 – CERMAK 287/307 – CHLUMECKY Reg. Arch. 32 – CDBoh I 416, II 158, 294, 318, III 13, 108 – CDMor VI 2, 676; IX 242, XI 34, 35, 212, 392, XII 318, XV 129, 208 – ERBEN Reg. Boh. II/IV cf. reg. – FRB II, III, V cf. reg. – HOSAK 975 – HUGO II 1 – Lettr. com. Jean XXII 5043, 5289, 5343, 8269, 18646, 20649, 20653, 23403, 23458, 30062, 58151, 64075, 64078 – LThK V 774 – LIENHARDT Eph. Hag 18 – MGH EpSel I 65 – MonVat I cf. ind.; II 557, 325, 1284, 1285 – NOVOTNY I 2, 1035/36, 1070, 1078, 1079, I 3, 90/92, 96/98, 897 – POTTHAST 5964 – PROKOP II 334 – WAFFELGHEM 138 – WOLNY I 363/72 – ZAK PAM – IDEM Öst. Klob. 272 – G. DLABACZ, Nachricht von dem Prämonstratenser Frauenstift zu Kaunitz in Mähren, Prag 1817 – S. DUSKOVA, 800 Let Mikulova (über eine falsche Urkunde des Klosters), Mikulov 1973 – Kloster Rosa Coeli Ruže Nebeska v Dolních Kounicích, Brno 1935 – A. KUTAL (de sculpturis in hoc asceterio ortis, bohemicis) in: CMMZ XXX 1937 – LOSERTH, Probst Pöschl von Kaunitz (ZDVGMS I 1897, 1 Heft) – NBlatt 1861, 77/79 – PERINKA in SHK XI – J. V. PRASEK, Urbar kounický (CCH XXVII 490) – TRISKA in CSPSc 1930, 313 – J. PETRU/M. SECIKOVA, Rosa Coeli v. Dolních Kounicích, Brno 1965.

Series praepositorum: (Cermak, emend. a Dolista)

series priorissarum:

Petrus („prior“) 1183–1187

Florianus 1228

Eberhardus („prior“) 1187

Ambrosius (postea forsan abbas Si-



loensis) 1231–1240
 Heinricus 1240
 Nicolaus 1273–1278
 Hermannus 1283–1284
 Gerlacus 1291–1317
 Jacobus 1321–1323
 Rulandus 1328–1330
 Nicolaus de Mikulov 1331–1361 †
 Venceslaus Pauli 1361–1388 †
 Venceslaus 1388–1418
 Johannes (postea electus abbas Si-
 loensis, obiit ante benedictionem)
 1434–1443 †
 Nicolaus 1446–1450
 Venceslaus 1453–1466
 Johannes 1473–1475
 Hynco 1476–1481
 Volfgangus 1484–1490

Johannes III. 1492
 Procopius 1494 †
 Georgius Alumpnus 1494–1500 †
 Venceslaus de Hodice 1500 †
 Volfgangus 1500–1504
 Johannes de Althan 1512–1517
 Martinus Pöschl 1519–1523
 Sophia 1323
 Jutta (Jutca) 1329–1330
 Catharina 1331–1337
 Eufemia 1353–1361
 Machna 1381
 Jutta 1383–1390
 Margaretha 1413
 Catharina de Tasov 1437–1443
 Barbara 1460–1462
 Catharina 1476–1502
 Margaretha 1523

LITOMYŠL B.M.V.

Luto-, Lutho-, Leutho-, Litho-, Litomisl, -mysl, -myssl, -myzl, -mizlo, -misli, -mischel, -missil, -micel, -mycel, -musle, musl; Leutomisl, Lutmisł, Lutenmuschel, Lyuthomisl. Mons Oliveti.

Germanice: Leitomisł, Stift Ölberg.

Civitas in oriente Bohemiae, in districtu Svitavy, quondam sedes episcopalis, nunc Dioc. Reginae-Gradecensis.

Abbatia, dein (1343) ecclesia cathedralis. Ecclesia tantum fundata est anno 1090 a Bretislao II. duce Bohemiae. Probabiliter anno 1145 ab Henrico Zdik, episcopo Olomucensi, ordini Praemonstratensi est tradita. Episcopus ille, ordinis fautor egregius, vix e Terra Sancta redux, canonia Strahoviensi in Praga sub nomine „Montis Sion“ fundata, huic novae domui nomen „Montis Oliveti“ imposuit. Filia de Strahov, mater Gradicii. Authentice nil constat, an fuerit initio monasterium duplex, vide tamen supra apud „Doubravnik“. Anno 1294 paternitati abbatum Litomyšlensium sequentes canoniae hungaricae subduntur: Majk, Moriczhida, Lelesz, Ratot, Kaposfö, Osca et Janoshida. Parochiae incorporatae: Harys, Ivanovice, et Svitava, de qua infra sub dubiis. Anno 1343, cum rogatu Caroli, tunc marchionis Moraviae, postea regis Bohemiae sedes Pragensis dignitate metropolitani esset

aucta, idem Carolus Litomyšlii novum episcopatum instituit illi in suffraganeum, et abbatiam hanc Praemonstratensem ei adnexit. 12 canonici ordinis, bene meriti, episcopo adlati sunt ut capitulum cathedrale, reliquae parti conventus vero praefuit prior¹. Anno 1425 ab Hussitis subversum est. Capitulum aufugit in prioratum suum Svitava. Anno 1554 conventus, duobus canonicis adhuc consistens, secessit in abbatiam Gradicensem, ubi exstinctus est. Anno 1566 ordo tradidit parochiam Svitaviensem archiepiscopo Pragensi, et ita episcopatus, simul et canoniam Litomyšlensis dissoluti sunt. Tentamen ordinis, anno 1621 hanc canoniam restaurandi, erat in cassum. Anno 1664 episcopatus restauratus est in Kralove Hradeč (Königgrätz). Ecclesia cathedralis Litomyšlensis non iam subsistit, de ceteris aedibus quondam extensis fere nihil superest.

Archivalia: Arch. Status Centrale Pragae, ubi nunc sunt et Arch. episcopalia Reginae-Gradecensis, et Litomyšlensis sicut et Arch. abbatae Strahoviensis, in cuius bibliotheca est MS B. DLABACZ: Lytomyslensia diplomata usque ad an. 1554 (DL III 17).

Bibliographia: BRUNNER 738 – ČERMAK 176/201 – CDBoh cf. ind. – CDMor item – ERBEN Reg. Boh. I/IV item – EUBEL I 332, II 2101 – FRB II, IV, V cf. ind. – FRIND, Kirchengeschichte II 110ff. – IDEM, Erzbischöfe 91 – GOOVAERTS IV 147 – HUGO Ann. II 113 – IDEM SAM Ep. Gerv. 80 – JbD. Gesch Friedr. I 758 – JL 8766 – JOHN Canons – Lettr. com. Jean XXII 53526 – LThK VI 477 – LIENHARDT Eph. Hag. 150, 259, 261 – Mon. Vat I cdf. ind. 858/59 – NOVOTNY I 2, 382, 840/41, 877; I 3, 82/84, 896 – Reg. Benoit XII 7501 – Reg. Imp. VI 1, 1262, XI . cf. ind. – SEDLACEK Mist. slov. 554/56 – WAEFELGHEM 152 – ZAK PAM – IDEM Öst. Klb. 59 – IDEM, EOP (1928) 27, 294, 410, 412; (1929) 142 – R. HIKL, Severní Morava a litomyšlské biskupství (Sborník vlastivedného muzea v Olomouci B, V. Olomouc 1960, 208/16) – L. HOSAK, Kolonizovali litomyšlski premonstrati na Moravě? (Haben die L. er Präm. in Mähren kolonisiert?) in: Mzejni a vlastivedna prace IV, Praha 1966, 173/74 – F. JELINEK, Umelecke pamatky v Litomyšli, Lit. 1937 – KONECNY in CCH I 327/29 – F. LAŠEK, Litomyšl v dějinách a výtvarném umění, Litomyšl 1945 – P. MÖHLER, Die Prämonstratenser der Sudetenländer in den Hussitenwirren 1409/34 mit besonderer Berücksichtigung des Bischofs Johann v. Leitomischl (Beiträge z. Gesch. des Stiftes Tepl II 135/70) – Z. NEJEDLY, Dějiny města Litomyšle a okolí, díl I, Litomyšl 1903 – J. PRAZAK, Diplomaticke poznámky k litomyšlské listině krále Vladislava I (Diplomatische Bemerkungen zur Leitomischler Urkunde König Wladislaus I) in: Sborník příspěvků k dějinám Litomyšle a okolí, Pardubice 1959, 9/32 – K. REICHERTOVA, Odkrytí a výzkum románské baziliky v areálu litomyšlského zámku (Freilegung und Erforschung der romanischen Basilika im Bereich des Leitomischler Schlosses, in: Pamatková peče 1962, 171/76) – EADEM, et A. MERHAUTOVA, Die Anfänge der Architektur in L. (bohemice) in: Umění 1966 XIV 317/35 – F. STEHLÍK, Zámek Litomyšl, Praha 1957.

¹ Quae solutio unica est inter ecclesias cathedrales ordini incorporatas. Praeter primum episcopum, pauci tantum (et administratores) saec. XV et XVI fuerunt ex ordine.

Series abbatum

Johannes –1157 (postea episcopus Olomucensis)	Stephanus 1268–1269
Deocarus 1160	Ulricus 1278–1298
Juratha 1184	Chonradus 1306–1326
Myslen 1185–1201	Henricus Czalta 1336–1344 (deinde abbas Lucensis)
Hermannus 1218–1221	Inseri nequeunt (Necrol. Doxan- ense):
Valterus 1225–1226	Mauricius 4. maii, Henricus 9. maii, Gerardus quondam abbas 25. iulii.
Otto 1231–1234	

Series priorum tempore episcopatus

Ditmarus 1347–1350	Petrus 1440
Nicolaus 1358–1371	Benedictus 1457–1458
Ulricus de Lukovia 1372	Johannes de Brno 1463
Dluhomilus 1377	Elias Zsich 1474–1492
Johannes 1378–1392 (?)	Nicolaus 1498–1501
Johannes de Vratislavia 1394–1406	Lucas 1525

LOUKA (B.M.V. et) St. Wenceslaus

Luka, Luca, Lucha: Brukk, Bruckhe, Prukk(e).

Germanice: Bruck, Klosterbruck.

Prope Znojmo (Znaim) in Moravia, cuius civitatis pars est hodie, ad flumen Dyje (Thaya), Dioec. Olomucensis, nunc Brunensis.

Abbatia egregia et locuples, fundata anno 1190 ab Ottone duce Bohemiae, quondam marchione Moraviae. Filia de Strahov. Parochiae incorporatae: Louka, Znojmo St. Nicolai, Primetice, Prostimeřice, Dyjakovicky, Tasovice, Satov, Rokytnice, Oleksovice. Lodenice, Staré Hobzi, Domamil, Trstenice, Křidlovice. Administravit etiam sanctuarium B.M.V. in Mühlfraun (Milfroun).

Anno 1294 paternitati abbatis Lucensis plures canoniae hungaricae sunt submissae, nempe: Jaszo, Darno, Zsambek, Herpaly, Abrany et Adony. Anno 1386 abbates infulantur. Anno 1422 ab Hussitis subversa est omnino et omisit dimidiam partem bonorum suorum, quae vero anno 1437 ei est restituta. Saeculo sequenti iterum devastatur. Sebastianus de Cepiroh abbas († 1585), vir strenuissimus, canoniam et fidem catholicam in territorio suo restauravit, et celebrem officinam typographicam instituit. Saeculis XVII

et XVIII Luca optime floruit, et de ordine aequae ac de litteris maxime est merita.

Inter multos canonicos eius doctissimos praesertim est notus ille Procopius Divis, († 1765), qui deductorem fulminis invenit. Hoc tempore etiam splendidum ingensque novum aedificium, palatio imperiali similis quam monasterio, per celebrem architectum L. v. Hildebrand construi coeptum, sed non perfectum est. In canonia erant etiam gymnasium et seminarium. Status personalis: 1698: 51, 1712: 62, 1726: 80, 1764: 71, 1784: 96 DD. – Saeculo XVIII Luca acquisivit complures antiquas canonias hungaricas, nempe Jaszo (quae anno 1770, abbate Lucensi vehementer recalcitrante, libertatem sibi impetravit), Lelesz et Promontor, ubi parvas communitates dependentes instituit.

Anno 1784 Luca suppressa est, fortuna eius tunc taxabatur in 1,400 000 florenos. Ecclesia (presbyterium gothicum, naves saec. XVI) nunc est parochialis, aedes claustrales rebus militaribus inserviunt. Elegancia scrinia bibliothecae, quae in actu suppressionis nondum omnino erant perfecta, translata sunt in Strahov.

Archivalia: Arch. Status, publicum Brno: 403 dipl., 21 manualia et MSS, 55 cap-sae literalia – Ibidem Collectio Boček nr. 3701, 3729 – Bibl. Strahov Pragae: Diploma Lucensia usque ad an. 1607 (MS Copiarium DLABACZ, DL III 18 – BMun Nancy MS 992/XI, 275/358.

Bibliographia: BITTNER III 359 – BRUNNER 740/42 – ČERMAK 327/53 – CHLU-MECKY Reg. Arch. 55, 59, 65, 69 – CDBoh I/III cf. reg. – CDMof VII 2, VIII, IX/XV cf. reg. – COTTINEAU 1676 – ERBEN Reg. Boh. I/IV cf. ind. – FRB IV 505, V 48, 242, 594 – GERITS Prem. Univ. – GOOVAERTS I 9, 31, 49, 50, 89, 119, 195, 233, 236, 255, 285, 292, 312, 319, 325, 328, 366, 367, 408/12, 414, 448, 457, 458, 461, 467, 476, 483, 566, 590, 596, 624, 625, 637, II 20, 51, 138, 174, 208, 227, 232, 234, 253, 268, 362, 376, 438, III 10, 18, 33, 44, 49, 50, 73, 100, 131, 148, 154, 158, 165, 194, IV 56, 66, 116, 129, 214, 215, 217 – HOBERG 155 – HOSAK 92/96 – HUGO II 87, prob. 43/52 – JL 17227 JOESTER URKB. CF. IND. – JOHN Canons – KÖHLER passim – LAIRUELZ 416 – Lettr. com. Jean XXII 10461, 27135, 30062, 46674, 58151, 59705 – LThK VI 52 – LIEN-HARDT Eph. Hag, 127 – Mon. Vat. I 366, 860, II 586, V 129, 319, 908, 922, 923, 2147, 2148, 2156 – NOVOTNY 12, 13 cf. reg. – PFIFFIG Obit. Gerus. 238 – POTTHAST 5007, 7256, 8652, 11044, 11617, 14031, 15309, 22323 – RAMACKERS Urk. Nancy 132 – Reg. Benoît XII 6896 – Reg. Honorius IV 861 – Reg. Imp. VI 1055, V et VII cf. indd. – SCHUBERT – VALVEKENS ADDespr (1954) 267/70, (1957) 85, 322 – IDEM, Vis. Can. 142/43 – WAEFELGHEM 154, 379 – WÜRZBACH, XII 451, XIV 19, XVIII 372, LII 295 – ZAK EOP (1928) 410, 412 – IDEM Öst. Klb. 61 ff. – IDEM PAM – J. BECK, Die eingegangenen Dörfer der Präm. Abtei Bruck (NBlatt 1869, 5/8; 14/16, 23/24, 31/32) – Catalogus bibliothecae aboleti monasterii Lucae ad Znaim Moravorum (Allg. Literaturzeitung 1790, Intell. Blatt Nr. 106 p. 869/80) – O. CHMEL, Series abbatum canoniae Lucenae, Znoymiae 1738 – J. J. CZIKANN, Bibliotheca Cerroniana, Wien 1883 – N. DOBNER, Charta foundationis (Specimen cod. dipl. Moraviae, Pragae 1779, nr. 43) – B. DUDIK, Geschichtl. Entwicklung des Buchdrucks in Mähren 1486/1621, Brünn

1879, 73/78 – V. EIDERNOVA-PŠTROSOVA, Gradual z kláštera řádu premonstratskeho v Louce u Znojma (de graduali ex L. 1499, nunc in biblioth. Olomucensi) Diss. Pragae 1974 – M. FITZTHUM, Klosterbruck (Anal. Praem. 1953, 134/37) – N. GOLDMANN in ZBBW V 1888, 7 – J. GOLLINGER, Geschichte der Abtei zu Bruck, Hormayersches Archiv 1822 Nr. 19 – M. GROLIG, Die Klosterdruckerei im Präm. Stift Bruck 1595–1606, Wien 1908 – F. HRUBY, Das Ende der Buchdruckerei in Klosterbruck (CMM, cechice XXXV 1929) – A. KREJČÍK, Die Series abbatum canoniae Lucenae und ihre Verfasser, ibidem XXXIV 1928 – NBlatt 1870 p. 14, 53; 1880 nr 4, 1883 nr 3, 1888 Nr. 3, 9 – J. NEUWIRTH in: SbeWiWi CIX 300/56 – Österr. Jb für Kunstgeschichte VI 1929, 293/96 – F. W. PERINKA, Vlastiveda Moravska Brünn 1905 II 300/56 – IDEM in CMM XXIII – IDEM, Vita P. Procopii Diwiš, Olomucii 1941 (cechice) – A. PROKOP, Die Markgrafschaft Mähren in kunstgeschichtl. Beziehung, Wien 1904, I/IV cf. indd. – F. SCHENNER, Quellen zur Gesch. Znaims in der Reformationszeit (ZDVGMs X 1906, 84 ff.) – W. SCHRAM, Der Abt v. Klosterbruck, Freitag von Cziepiroh, ibid. 1899, 312/24 – M. ŠVABENSKÝ, Dějiny archivů premonstratskeho kláštera v Louce u Znojma (Historia archivů) in: Sborník k nedožitým padesátinám Ph. Dr. Jiřího Radimského, Brno 1974, 1/77 – J. TENORA, Resignace opata louckeho Zik. Kohela 1614 (Hlidka XI) – N. VOLF, Zur Gesch. des Buchdruckes in Klosterbruck b. Znaim (Od Horačka k Podjji II 1924/25, bohémice) – A. VRBKA, Prokop Divis, Erfindungen eines österreichischen Priesters (Anal. Praem. X 1934, 94/107) – J. T. ZAHRADNÍK, Tractatus de historia canoniae Lucenae 1190/1425 (SHK 1900, 109sq) – Anal. Praem. XII 94, XIV 117/18, vide etiam Ind. Gen. 107/08 – De antiphonario proveniens ex Luca (1499) vide: E. PETRU, Z rukopisných sbírek Universitny knihovny v Olomouci Praha 1959, 55/56.

Series abbatum (Čermak, emend. a Dolista)

Georgius –1201	Joannes Pucdota 1403/24
Gerardus ca. 1201–1210	Zacharias 1426/28
Florianus 1220/34	Pribislaus 1433/64
Joannes 1238/40	Joannes Bavor 1469/74
Joannes 1243–	Joannes Leupoldi 1477/82
H(enricus) 1248	Paulus 1484/1520
Stephanus 1255/58	Joannes 1522/36
Theodoricus 1265/83	Andreas Weiß 1536/42
Winandus 1283–	Methodius Hruza 1544/72
Simon 1289/94	Georgius 1573
Theodoricus 1302/06	Sebastianus Freitag de Čepirohy 1573/85
Joannes 1309/22	Sebastianus Fuchs 1585/99 res.
Joannes Lupus 1326/44	Sebastianus Chotěbor 1599/1607
Henricus Czalta 1344/54 antea abb. in Litomyšl	Sigismundus Kohel 1607/14
Otto 1357/74	Kaspar Stodsky 1615/19
Zacharias 1377/89	Hieronymus Schall von Schallenheim 1619/25
Zdenko 1391/1402	

Lucas Vacka 1625/29	Gregorius Klein 1678/97
Jodocus Kastorff 1629/32	Carolus Kratochwile 1698/1712
Benedictus Lachen 1633/53	Vincentius Wallner 1712/29
Hroznata Fuchs 1653/54	Antonius Nolbeck 1729/45
Matthaeus Paul 1655/59 dein abb. in Breslau St. Vincenz	Hermenegildus Mayer 1745/64
Norbertus Pleyer 1659/78 res.	Gregorius Lambeck 1764/81
	Daniel Todl 1781/84

LOUŇOVICE B.M.V.

Luno-, Lunevicium, Louno-, Luniewicz, Lunevic. (germanice: Launiowitz) hodie; L. pod Blanikem in districtu Benešov in Bohemia, Dioc. Pragensis.

Parthenon fundatus anno 1149 vel 50 a Godescalco primo abbate Siloensi per Heinricum medicum et canonicum Steinfeldensem. Moniales venerunt e Dünwald. Asceterium, quod mansit sub paternitate abbatiae Siloensis, numquam erat dives vel spectabile, emisit tamen primas moniales in Pernegg et Kounice. Anno 1420 ab Hussitis plane subversum est, nec amplius revixit. Archivum integrum periit, ita ut de historia eius fere nihil, sciamus. Venit dein in manus laicorum, ab anno 1672 fuit proprietas archiepiscoporum Pragensium, qui loco monasterii erexerunt castellum. De parthenone fere nihil superest.

Archivalia: supersunt nulla.

Bibliographia: ČERMAK 239/45 – ERBEN Reg. Boh. II 68 – FRB II 477, 483, 484, 485, 495/98, 503, 504, V 409 – GOOVAERTS IV 167 – HUGO facit tria monasteria ex uno: II 57, 111, 286 – MANNL 10/11 – NOVOTNY I 2, 811; I 3, 89/92 – Reg. Imp. XI 12125 – SEDLAČEK Mist. slov. 568 – WAEFELGHEM 151, 155 – ZAK Öst. Klb. 271 – IDEM PAM – J. BURIAN, Louňovice pod Blanikem, Praha 1894 – P. RADOMERSKY, Nejstarší dějiny Louňovic pod Blanikem (antiquissima historia asceterii) I/II in: Časopis Narodního muzea odd. společenský 133 č (Praha 1964 1/24, et 134 č (1965) 12/27 – IDEM et V. OKTÁBEK, Vyzkum kripty ve farním kostele v. Louňovicích pod Blanikem (Sbornik vlastivedných prací z Podblanicka 2, 1958, 103/117) – A. SEDLAČEK Paměti kláštera v Louňovicích (Programma caes. reg. gymn. in Tabor 1891, pp. 30) – A. N. VLASAK, Blanik a Louňovice pod Blanikem, Praha 1914.

Praepositi (Čermak, Mannl, FRB, Dolista)

Petrus (prior) 1181/83	Hinko de Lisov ante 1350 postea abb. in Zeliv
postea in Kounice	
Mandevinus (prior) 1183–84	Bernardus 1360/75
Joannes 1257	Joannes 1393

Jacobus 1403
Drslav 1405

Joannes 1409/36
Magistra (unica nota): Jitka ca. 1403

MILEVSKO B.M.V.

Mil-, Myleucz, -ewic, -euse, -euze, -eusk, -ewsk, -evsk, -euzk, -euzch, -ewsko, -evzche, -euzko, -euscho, -ebsko, -eps, -hewschy, -hewsky, Milegou, monasterium Milo-, Milev-Mileu-, Myleu-, Molo-, Milovi-, Milevicense. Milovitium, Germanice: Mülhausen. – Saec. XV patronus erat S. Aegidius.¹

In oppido eiusdem nominis in Bohemia meridionali, Dioec. Pragensis, nunc Budvicensis.

Abbatia insignis, de potentissimis medio aevo in Bohemia. Fundata anno 1184 a Georgio comite de Milevsko, filia de Želiv, mater (probabiliter) canonica Plagensis in Austria. Primus abbas Gerlacus, vir egregiae sanctitatis, scripsit celebre chronicon, quod est maximae auctoritatis in historiographia Bohemiae. Canonica, quae maxime floruit quoad spiritualia sicut et temporalia, administravit multas parochias. Incorporatas enim: Bernardice, Červená, Kaplice, Milevsko Sti. Aegidii, Přílezy, Středka, Touzím (Theusing), Utvina. Non incorporatas: Kamyk nad Vlt., Kovarov, Krasná Hora, Anno 1388 abbates infulantur. Conventus post devastationem per Hussitas aufugerat in praeposituram suam Touzím, post annum 1434 tamen ad sua revertit. Bona eius iam an. 1437 venerant ad equites de Rosenberg, et anno 1473 ad Illos de Schwanberg, qui omnes haeresi faverunt et monasterium quam maxime oppresserunt. Conventus tamen languentem prosecutus est vitam ad annum circiter 1548, dein abbates soli substiterunt, viventes in variis parochiis. Monasterium ipsum venit anno 1581 ad equites de Hodějov. Ultimo abbate Mathia anno 1596 in urbe Tabor defuncto, canonica exstincta est. Anno 1623 vero Ferdinandus Imperator eam reddidit ordini, ea intentione, ut in statum pristinum tamquam abbatia redintegraretur. Fuit deinde proprietaria abbatiae Strahoviensis, cui a capitulo provinciali anno 1659 est impositum, ut Milovitium restauraret in abbatiam sui iuris. Sion vero, ne redditus illius amitteret, se obligationi huic detraxit. Milovitium ergo carebat conventu, usquedum anno 1683 institutus est ibi prioratus dependens pro decem canonicis Sioneis. Anno 1785 hic prioratus a Joseph II. suppressus est, bona et aedes vero manserunt proprietaria abbatiae Strahoviensis. Abhinc erat ibi

¹ Anal. Praem. 1959, 314).

parochia (decanatus), huic abbatiae incorporata. Perpulchra ecclesia romana, et claustrum mediaevale (nunc in usus rusticos profanatum) subsistunt.

Archivalia: quondam principum de Schwarzenberg, nunc Arch. Status publicum in Třeboň, et Arch. Status Centrale Pragae. Ibidem et Arch. quondam abbatiae Strahoviensis. In Bibliotheca Strahoviensi: DL III 19: Milovicensia diplomata usque ad an. 1641, auct. B. DLABACZ

Bibliographia: ACG 1498, 34 – BACKMUND MaGSchr 186 ff. – BRUNNER 744 – ČERMAK 307/25 – CDBoh I/III cf. reg. – CDMor XII 545, XV 266, 317 – COTTINEAU 1854 – CSPSC 1936, 175/76 – DOBNER I 79/129 – ERBEN Reg. Boh. I/IV cf. reg. – FRB II, V item – GABRIEL 8 – GOOVAERTS I 303, III 56, IV 204 – HOBERG 189 – HUGO II 283, prob. 184/88 – Lettr. com. Jean XXII 8823, 17069/70, 27135 – LIENHARDT Eph. Hag. 132 – MANNL 12/15 – Mon. Vat. II 325, 990, 1008, 1017, 1166, 1167, 1191, V 110, 122, 138, 1818, 2179, 2181 – NEUWIRTH 85/150 – NOVOTNY I 2, et I 3 v. reg. – PFIFFIG Obit. Gerus. 240 – POTTHAST 16818 – Reg. Ben. XII 281, 7501 – Reg. Imp. XI cf. ind. – Rep. Germ. II 67, 141, 226, 893, 1306 – SCHALLER XIV 146 – SEDLAČEK Mist. slov. 604/05 – WAFFELGHEM 167 – ZAK EOP (1928) 411 – IDEM Öst. Klb. 60 – IDEM PAM – K. DOLISTA, Milevsko dríve a nyní (Jiskra XV, 1965, 22) – E. HAGER, Woher kamen die ersten Prämonstratenser nach Schlägl?, Linz 1918 – V. KOTEK, Příspevek k nejstarším dějinám osídlení milevskeho okresu (Beitrag zur ältesten Besiedlungsgeschichte des Kreises M., in: Sbornik vysoké školy pedagogické v Olomouci 1955) – J. KUBELKOVA, Majetkový rozvoj milevskeho klášterství do roku 1420 (Die Wirtschaftsentfaltung der Klosterherrschaft zu M. bis 1420, Diss. Pragae 1971) – J. KUTHAN, K některým otázkám středoevropské plastiky 15. stol. (Über mitteleurop. Plastiken im 15. Jahrh., Uměni XVII 1969, 521/38) – IDEM, Kostel Sv. Jilji a premonstratske opatství v Milevsku, kulturne historický příspěvek (Die Ägidiuskirche und die Abtei M. kulturhistor. Überblick, in: Jihočeský sborník historický XXXVIII 1969, C. 2) – IDEM, Středověká architektura v jižních Čechách do poloviny trináctého století (Mittelalterl. Architektur Südböhmens, České Budějovice 1972; 54/56, 180/84) – J. KYTKA, Milevsko a jeho kraj, Mil. 1940 – F. MARDETSCHLÄGER, Kurzgefaßte Geschichte des Bistums Budweis, Budw. 1885, 171/72 – (N. MENU), Osm století milevske minulosti, Kulturní památky Milevska (20 Let budování Milevska, M. 1965, 5/7 et 36/38) – F. PALACKÝ, Würdigung der alten böhmischen Geschichtsschreiber, Prag 1930, 79/89 – A. PODLAHA/E. ŠITTLER, Topographie Böhmens (ed. cehica, Pragae 1898 91/117; item germanica ibid. 1901, 105/37) – K. SEBESTA, Z dějin milevskeho opatství (Aus der Geschichte der Abtei M. SHK XXIII) – J. TRAJER Historisch-statistische Beschreibung der Diözese Budweis, B. 1862 – M. URBAN, Zur Geschichte der Stadt und Burg Theusing (MVGDB XL) – J. VALENTA, Knin und die Gründung des Klosters M. (bohemice) in: Od Strýbrných Hor 1934/35, 13, 14. – V. VOLKAN, Město Milevsko a jeho klášter (Die Stadt M. und ihr Kloster, Otavan 1880, Nr. 62, 71, 87) – J. E. WOCEL, Kostel Sv. Jilji v Milevsku (Pam. Arch. V 1863, 232) – A. ZAK, Zur Biographie des Annalisten Gerlach, MIOG XVI 653/59) – K. V. ZAP, Milevsko (Pam. Arch. III 1858, 13/25/272/77) – C. ZIBRT, Z dějin panství a zámku Zvíkova (Aus der Gesch. von Schloß und Herrschaft Zvíkov), Praha 1908 – Annales Gerlaci abbatis, 1167/98, orig. in Bibl. Strahoviensi, publ. MGH SS XVII 683 sv, ed. cehica, traducta a F. Hermansky, Pragae 1957.

Series abbatum (Čermak, emend. a DOLISTA)

Gerlacus 1187/1228	Joannes Kamenicka 1434
Joannes 1234/36	Martinus 1455/66
sequuntur quatuor abbates ignoti	dein abbas in Zeliv
Henricus 1285/1307	Nicolaus 1473/93
Hermann 1306 ²	Bartholomaeus 1493/99
Hoyco ante 1316/22	antca praep. in Novariše
Mrakota 1327/55	Adalbertus res. 1504
Nicolaus 1355/65 (infulatus pro sua persona)	Martinus 1504–07
Petrus Walkmari 1365/74	Georgius 1511/12
Petrus Komar 1382/83	Andreas 1515/24
Franciscus de Vepice 1383/1405	Joannes 1534/48
Svatomirus 1405/23	Joannes Braun 1548/62
Petrus 1423/34	Mathias Khen 1563/96 antea praep. in Nova Rise
Chval electus an. 1427, statim resig- navit	

NOVA ŘIŠE SS. Petri et Pauli Pronuntia more gallico: Novargichet

Rus, Rusch, Reus, Reuz, Reusch, Grus. Latine: Neorisium, monast. Neoris-
sense Germanice: Neureisch (Neureich, Neureusch).

Prope Telč in Moravia, in districtu Jihlava, Dioc. Olomucensis, nunc Bru-
nensis.

Parthenon, Praepositura, dein canonia virorum. Fundata est, ut fert tradi-
tio anno 1211 a Marquardo et Vojslava de Hradek. Filia de Doksany sub pa-
ternitate abbatum de Zabrdovice. Medio aevo bene floruit, sed paulo post
mortem Jitkae priorissae, sub qua culmen suae prosperitatis erat adeptae,
anno 1430 ab Hussitis deleta est, nec amplius potuit pristinum statum recu-
perare. Anno 1570 ibi erant adhuc quatuor moniales. 1582 instituta est parva
communitas canonicorum. Anno 1591 parthenon ab Imperatore Joanni Lo-
helio abbati Strahoviensi addictus est, qui ultimam monialem anno 1596 mi-
sit Chotesovium. Praepositus Adam Scotus (1605/31) consideratur ut secun-
dus fundator canonicae, quae anno demum 1641 legaliter mutata est in
praeposituram canonicorum sui juris, ut filia de Zabrdovice. Ab anno 1654
praepositi erant infulati, et anno 1733 in dignitatem abbatialem sunt pro-

² JOESTER Urkb. Steinf. Nr. 205.

moti. Canonica administrabat parochias sequentes: antiquitus Nova. Říše, Stara Říše et Krasonice, quibus accessit anno 1871 Dlouha Brtnice, et nuper Rozsec, Zabrdovice (antiqua canonica, de qua vide infra), Zidenice, Vratenin et Rančirov. Ecclesia aedificata est ab anno 1678, annis 1755/80 exornata est. De parthenone antiquo nil superest nisi capella quaedam Stae. Annae, nunc capitulum. Iosephus II. pepercit huic exiguae canonicae, quae paulo post paene per se ipsam est dissoluta. Anni 1800/08 fuit in canonica collegium nobilium. Anno 1813 Neorisium omnino combustum est. Status personalis: 1781: 24, 1853: 14, 1880: 8, 1900: 11, 1920: 15, 1929: 8, 1935: 19, 1948: 20 religiosi; 1978 11 dispersi. Sub regimine hitlerico anno 1941/45 erat suppressa, quod iterum accidit an. 1950.

Archivum nunc est in Arch. Status Brunae, ubi est et copia an. 1605 fragmenti necrologii antiqui.

Bibliographia: BRUNNER 386/411 (auct. C. ŽIDEK) – ČERMAK 459/79 – CHLU-MECKY Reg. Arch. 52. 62, 64, 66, 67, 68, 69, 70, 73, 74, 75, 78, 82 – CDBoh cf. ind. – CDMor IX 87, XI 605, XIII 144 – COTTINEAU 2059 – ERBEN Reg. Boh. I 560, II 63, 248, 808, 840, III 19, 243, 720, IV 647 – GOOVAERTS I 120, 269, 279, 355, 412, 465, II 96, 155, 160, 445, III 49, 73, IV 361 – HOSAK 37/39 – HUGO II 335, prob. 208/09 – LThK VII 522 – Mon. Vat. II 120, 145 – NOVOTNY, I 3, 616, 899, 900, 913 – PFEFFIG Ob. Gerus. 241 – PICHERT Lohelius 277 – POTTHAST 18012 – WAEFELGHEM 177 – ZAK Öst. Klob. 57, 272 – IDEM PAM – M. ČIBULKA/A. MATEJČEK (de MSS gallicis et flandricis in bibliotheca, in lingua bohemica) Pam. Arch. XXXIV 1924/25, 22/40 – V. DOKOUPIL, Dějiny Moravských klášterních knihoven (historia bibliothecarum monasticarum in Moravia) Brno 1972, 130/60 – K. DOLISTA, De bibliotheca (Anal. Praem. XXXII 187) – P. FELIX, L'Abbaye de Neureisch (ROPM XII 1910, 154/59) – L. HORSTKÖTTER, Das Kloster NR als KLV-Lager für Jungen aus Mülheim a. d. Ruhr 1943–45 (Anal. Praem. LVI 1980, 76/85) – V. KOTBRA, De ecclesia in N. (bohemice) in Zpravy pamathove pece V 1941, 7/8 – A. KUTAL (de statua Stae. Annae, bohemice, in:) Volne Smery 1936/37, 28/36 – M. MATEJČEK (de antiphonario an. 1414, bohemice, in:) Pam. Arch. XXXIV 1924/25, 219/22 – A. NOVAK (de monasterio NR in seditione bohemica, in:) Mojmirova Říše I 1937/38, 81/87, 97/100 – Nova Říše, klášter premonstratů 1211–1936 Brno 1936 – J. REICHERT, (de subditis monasterii an. 1611 cechice, in: CMMZ IX) – V. RICHTER, K založení ženského premonstratského kláštera v Nove Říši (de fundatione) Jihlava 1964 – STARA in Anal. Praem. XII 1936, 197; XIV 1938, 119, XXXII 1956 187/88 – H. J. TYL, Opatský chrám Sv. Petra a Pavla v Nove Říši (de ecclesia monasterii) Brno 1941 – C. ŽINDEK, Literatský sbor u Nove Říši, Brno 1891. –

Series antistitum
(Čermak, emend. a Dolista)

1. Praepositi parthenonis

Hermannus 1248	Jaroslav de Schellenberg (postea
Godefridus 1257–1258	abbas Zabrdovicensis) –1363
